nus. Quapropter rogandus Dominus, ne tantorum
bonorum simus expertes, ut concedat nobis ipsum
Deo amare, ipsi eum usque fidere, ut propter ipsum
nullum aliud eligamus nobis refugium, per Jesum
Christum Dominum nostrum. Amen. Vale et
nos ama. Witebe 13. Septembr. quo die sepelivimus
uxorem illius Thomae, qui cum bibli in mea re ipsa
de perfectione disputatio fuit. 1575.

Tui studiosissimus Discipulus
tuus ac Filius
Jacobus Commelinus.

240)

M. Jacobo Commelino Ende

Pax Christi.

Haec epistola ad eum ultima ad ejus manus pervenit, nam 23. Septembris a. 1575 e vivis excessit.

[= Arcer. a. 7: Nr. 254]

Ex tuis postremis cognovi Commeline suavissime,
magno te esse animo in tantis periculis pestilentia
undique saevientis. Tantum intrepidae fidei non facile
in quoquam hic inveneris, ne si Melanum quidem ipsi
dixeris, tam invictum pectoris robur parum quod di-
videndum est, longa pietatis exercitatione firman-
datum est Apostolus loquitur et radicatum. Itaque
legens epistolam tuam, et relegens prae gaudio la-
chrimavi, quum perspicue intelligerem, non solum
qualis ipse esses: sed etiam qualem me esse velles.
Non sum tam plumbeus, ut tantum amici benefici-
um, quamvis aliud agentis non agnoscam. Ha-
beo ergo magnam tuo erga me amori gratiam,
pro tam solida tamque tempestiva consolatione.
Uxor quoque mea, cui tuas literas, ut interpres,
recitavi, quum ignara latinis esset, non medi-
ocriter confirmata est, animumque recepit.
Quaeris, quid nos soliciter! Wageveldium jun.
qui puerulum lavit mortuum, cum mortuus
est sub medium diem: quum iste sorige sisse
mane. O me nunquam sapientem! Sunt in ea
domo adhuc sex amicae, quarum calamitas
in meum caput redundetur: nos 27. sub eo-
dem tecto sumus. Deus confirmet corda nostra,

et praesentis mali periculis: et saevis hominum
clamoribus perfringi saepe respondimus. Luctatur, ait, ma-
vix passim, eam ex pueri contagione infectam, ro-
bustamen illa dat puero numquam adfuit, nisi domi-
ri sui consuetudine contraxit. Vexit enim hanc ma-
limissetur. At illi misereamus memordit signaque
bubo dirum mortalibus omen. Scis illi chirurgo et
aspirantes in consultis communem nobiscum domum
esse, ibi illa jacet moriens, nos sane in medium discri-
men vocati sumus. Non cessamus invocare Deum,
multum ejus misericordiae confisi. Vestra certe pe-
ricula graviora sunt, sed tamen videtis me, qui vos
semper maximi feci, vestrarum miseriarum non
prorsus expertem esse. Illud vero est admirabile
opus Dei, et multorum litteris celebrandum, quod
in isto saevissimo pestis incendio, velut in ardenti
fornace, tot vestras familias, ipsis ignibus con-
stanter invocantes, prorsus sospites, et inconta-
minatas conservavit. Non aliter ac si solis infectis
quos ille eximie diligat, pueros tanquam filios recepti-
tios, ceteris iram, et agoniam portantibus, mane-
re velit intactos, et commune illum qui senserunt
expertes. Scilicet hic Dominus est coeli et terrae,
qui in coelo et in terra omnia pro suo arbitratu
quaecumque voluit fecit. Fruimini hoc tam excel-
lenti ejus beneficio quam diutissime, o dulces a-
mici! Istorum incredibilem gloriosissimi pa-
tris, erga vos, benignitatem gratis animis col-
laudate. Cum enim sitis ejus filii; in utramque
partem vos organa gloriae suae constituit, ali-
as severus, nunc misericors apparens. Illa de
adversariis deplorandae sunt. Scilicet τὸ πτύον ἐν
τῇ χειρὶ αὐτοῦ, et perpurgabit aream suam:
serviamus ei cum timore et tremore, quia quoti-
die sese exserit hora judicii illius. Est hic in scho-
la juvenis Wempe, non malus, is quum intelligat
in quanto isthic malo sitis, quod habes ab ipso
chirographum remittet postulatis ejus orare i

causa regatum accessit: id quale sit, ex eis lib. tute cogno-
sces. Lambertus petiit a me compendiariam quan-
dam Rhetoricae et Dialecticae descriptionem. Scri-
bit in Philippo multa esse parerga, et fatuas quaes-
tiones in Sambuco frustra: videt meliora in Ramo probatis(?),
non audet tamen ab illo Stagirita discedere, ne pa-
rum antiquarius videatur. Ego ero ei auctor, ut Ra-
mi Dialect. et Rhet. suis proponat: nihil hoc neque me-
lius neque in illis artibus perfectius ab humano ingenio
excogitari posse. Quam indignum est homines
eruditos, institutos rebus optimis minus ipsius rei
perspicua veritate: quam recepta maiorum au-
ctoritate commoveri. Sed sit suum cuique iudicium.
dixerunt multi praestantes viri, tum in Gal-
lia, tum Germania Ramum fatuum esse, et in Dia-
lecticis plumbeum esse: atque quotidie re ipsa
comperio plus boni fuci esse in uno Gallici Rami
fragmento quam in multis arboribus Porphyria-
nis. Quae nobis impenderit, dubium esse non(?)
ut propediem recipias. Rescribi velim, quid vale-
at tum vestrae familiae: tum etiam [illegible]
nostri: cuius puellae libens restituissem receptas
semel: etiam persuaseram illis, a quibus reductae
sunt: sed Dom. Cancers(?) et vicini eis non destiterunt
instare, ut reducerentur: Ego in Dei providentia
acquievi: ita melius consultum est familiae
nostrae et filiolae, quarum dissipatio mihi ma-
nifesto durior fit ipsa morte. Iuvate nos vestris
precibus, ut invictus operis stadium(?). Vale cum D.
Polyandro, tuisque omnibus. Bremae ad lucernam
in museo meo 20. Septembr. 1575

[illegible]

Johannes Molanus.

241) [= ...a.7 = N. 2555]

Jacobo van Hecken Flandro
Pax Christi.

De tua aequitate nunquam dubitavi, Vir optime,
sed tamen mirari satis nequeo, ut tam illa pecu-
nia dissolvenda, vestram longas quaereret con-
fectiones. Petrus propinquus tuus bonae fidei est
assentior: ut sequi(?) reliquum erat [illegible]